

plateam comunis et in palacio comunis et post palacium comunis, et a turri piscarie usque ad turrem fraternitatum et fosatum positum penes domum comunis scitam post palacium comunis citra versus palacium comunis, et a dicta turre piscarie citra versus ipsam domum heredum dicti condam ser 5
 124B Vigel- // mini Copa usque ad ipsam domum, prout ipsa confinia antiquitus scripta et designata sunt, in dicta domo heredum dicti condam ser Vigelmini Copa, in domo dicti condam ser Nicholai de Galvano, in domo heredum ipsius condam domine Pirere olim¹⁾ uxoris ipsius ser Francisci Rubei. ¶ Et 10
 et si quis civium nostrorum in aliquem alium civem inpetum sive insultum fecerit sine armis, fatiando asmanciam ferendi vel capiendi in platea comunis infra confines designatos, conponat comuni duas march.; si vero cum armis insultum fecerit in platea infra confines designatos conponat comuni quatuor marchas et stet extra terram et districtum Tergesti quatuor mensibus ad mandata; et si infra confines designatos aliquis manus in aliquem iniecerit et eum tetigerit vel eum percusserit, conponat nomine pene libr. quinquaginta par. ¶ De cive vero ad forensem et de forense ad civem et de forense ad forensem sit in libertate dominii, excepto capitulo de morte hominis de membro mancho vel debilitato. ¶ Et de cive ad civem habentibus a quindecim annis inferius sit in libertate dominii. ¶ Et quicumque civium nostrorum percusserit aliquem civem, vel spinxerit infra confines designatos irato animo, solvat comuni 25
 125A spingendo ira- // to animo, solvat libr. decem par.

Cap. VIII. De percussione facta coram potestate vel rectoribus aut iudicibus potestatis. 30

Ordinamus quod quicumque civium coram potestate vel rectoribus aut iudicibus potestatis aliquem alium civem Tergesti percusserit pugno baculo lapide aut eum capillaverit,

¹⁾ *al.*